

Folio

sexto

Aristini: per istum impera-
tozem debemus intelligere
animā humanā quā oportet
assumi ad propriam patriam sicut
est ad regnum celeste ad hoc ut salutem
finalē consequatur. **Item ait psal.** Sal-
uum me fac deus etc. **Item est nra caro**
que retinet animā in multis delectatio-
nibus: pro quas nō poterit ad vitā eternā
transire: ubi anime conuersatio est impe-
rium eius et totū desiderium. et quare non
permittit eā. Quia caro concupiscit ad
uersus spiritum et conuerso. **Fac ergo tu sic**
fecit impator. fac duos anulos. s. meo-
rie et obliuionis. **Isti duo anuli sunt ot-**
ratio et ieiunium. **Item qd est in effectu suo**
causet termino. Signū infallibile in mul-
tis textis est qd mulier si portat anulum
desponsata ē. Et reuera qm homo se dat
orandi et ieiunio signū est qd anima ei
est sponsa xpi. **Item autem est anulus me-**
morie. qd precepit apostolus dicens. Si
ne intermissione orate. **Item ergo homo**
oratioe officia ut deus memoriā ei ha-
bebat. imo angelus eam presentabit.
Item exemplo thobie Ieiunium potest dici a-
nulus obliuionis. qd retrahit et refugit
ipsam carnē ne impediat usum rōnis et
opus meritorium: per qd iur ad deū. **Item**
deamus ergo istos anulos sic nobiscum
retinere ut vitam eternam consequi me-
teamur.

De veneno peccati quo quotidie nu-
trimur.

Capitulum. xi.

Alexander re-
gnauit potēs valde qui ma-
gister aristotē in suum doc-
tozem habebat qui eum in omni sciētia
instruebat. **Hoc audiens regina aquilo-**
nis filiā suā a tempore natiuitatis venēo
nutriuit et cum peruenisset ad legitima
etatem erat tam pulchra et oculis homi-
nū gressu qd multi per aspectū eius infama

ti sunt. **Regina eam ad alexandrum misit**
ut eius concubina fieret. **Uisa puella**
statim captis est in amorē eius et dormi-
re cum ea volebat. **hoc percipiens aristotē**
les dixit ei. nolite talia attemptare: qd si
feceritis incōtinēti moriemini eo qd ip-
sa sit toto tempore vite sue veneno nu-
trita. **Item autē verum sit. pbabo statim.**
hic est quidam malefactor qui per legē
debet mori: cum ea dormiat et tunc si ver-
est videbitis. et sic factū est. **Malefac-**
tor osculans est eā coram omnibus. sta-
tim cecidit et mortuus est. **Alexander sicut**
percipiens magister miro modo lau-
dat uir qui eum a morte liberauit. puellam
matri remisit.



De oratione **Carissimi**

Ste alexander potēs

uici quilibet christianus bonus fortis et
potēs per virtutes: quas in baptismo
recepit: qui potēs est et fortis qd diu ma-
net in charitate et puritate vite. contra
dyabolum mundum et carnem. **Regina**
aquilonis est abundantia rerum que ho-
minem querit occidere spiritualiter ali-
quando: sepius corporaliter. **Item**
uelo intoxicata est luxuria et gula que nu-
truntur ex cibariis viciis que sunt ve-
nena anime. **Aristoteles est ma-**
xima sciētia siue ratio que semper murmurat et
contradicit illis que sunt anime nociua
et te impedit ne cū talibus immiscearis
Malefactor est vir puerus deo ino-
bediēs qui magis sequitur delicias car-
nis qd diuina precepta. talis tota die in
peccatis dormit osculando id est tangē-
do gulam et luxuriam per quos factus
spiritualiter occiditur. **Unde sapiens.**
Qui tangit piscem coinquinabitur ab
ea. **Item deamus ergo sobrie viuere**
qd potēamus ad eternā peruenire vitā.

De malo exemplo.

Ca. xii